

## Band I., Nr. 65, Seite 70-71

*Scroto gibt für sein, seines Vaters Rihher und seiner Mutter Spancozze Seelenheil sein Besitztum in Fleischwangen, mit Ausnahme eines Neubruchs zu Segelbach und der Hälfte des Walds in ersterem Orte, unter ausgedrückten Bedingungen an das Kloster St. Gallen.*

Schnetzenhausen, 809. September 14.

In dei nomine. Perpetrandum est unicuique quod evangelica vox admonet, dicens: date elemosinam, et omnia munda sunt vobis, et item: date et dabitur vobis. Igitur ego Scroto, recordatus innumerabilium peccatorum meorum vel pro æterna retributione, trado ad monasterium sancti Galli atque transfundo, quod in perpetuum esse traditum volo: videlicet omne quod mihi genitor meus in Flinxuungun dereliquit, vel quod ipse conquirere potui, excepto uno novale ad Segalpah, et medietatem silvę ad Flinxuunga pertinentem. Reliqua omnia trado ad iam prefatum coenobium pro me animaue patris mei Rihheri matrisque meę Spancozze, tam terris, quam mancipiis, campis, pratis, pascuis, silvis, viis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus atque immobilibus, ut rectores eiusdem coenobii habeant, teneant atque possideant. In eam videlicet rationem, ut ego ipsas res ad me recipiam tempore vite meę sub usufructuario perfruendi, censumque inde annis singulis solvam ad Clustarnun<sup>1</sup>, id est, unum maldrum de kernone, et XXX modios de annona, et I frisinga. Et si ipsas res redimere voluero, cum I libra redimam, sin autem, filii mei Pleonunc et Durinc, nec non et si de legitima mihi coniuge filii procreati fuerint, easdem res cum eodem censu habeant, atque ad anniversarium obitus mei unum solidum ad Chulstarnun, in quocumque precio potuerint, persolvant. Si vero uno anno illum censum neglexerint, aut non quiverint reddere, et illum pro me solidum dare non potuerint, in altera dupliciter solvant; si autem tertio, tripliciter; si vero deinceps negligentem apparuerint, supradictę res ad iam prefatum coenobium redeant perpetualiter ad possidendum. Similiter et tota cognatio eorum faciat interim dum mihi ullus heres superstis fuerit. Si autem heres mihi defuerit, qui easdem res proseruiat, tunc liceat rectoribus illius coenobii ad se recipere supra memoratas res in evum ad possidendum. Si que vero, quod fieri non credo, si ego, quod absit, aut alius de heredibus vel proheredibus meis, qui contra hanc cartam venire aut infringere voluerit, affectum quem inchoavit, non obtineat, et in aerarium regis multa componat, id est, auri uncias III et argenti pondera

---

<sup>1</sup>Kluftern, Friedrichshafen, FN.

## II

V. Sed nihilominus praesens haec traditio firma et stabilis permaneat, cum stipulatione subnexa. Actum in Snezzinhusun, publice, presentibus quorum hic signacula continentur. Signum Scrotonis, qui hanc cartam fieri rogavit. signum Oadalrichi comitis. signum Engilbaldi. signum Theoterichi. + Heripret. + Amalpret. + Cunzo. + Pebo. + Uulfpot. + Crimolt. + Cundolt. + Sigipret. + Uueliman. + Sigihart. + Liutolt. + Erchanpold. + Isanhart. + Kerolt. + Kerpret. + Starchof. + Egipret. Huso. + Theotpret. + Huni. + Machelm. Cundhart. Kemmunt. + Uuitpret. + Meginhart. + Uadalpret. + Chunimunt. + Uuillipret. + Engilpret. Figipret. + Asprant. Ego itaque Pernuucius subdiaconus in vicem Engilperti cancellarii scripsi et subscripsi<sup>a</sup>. Notavi diem Ueneris XVIII. Kalendas Octobris<sup>2</sup>, anno Karoli regis atque imperatoris XLI. et II. Pippini regis, Oadalricho comite.

—

Der Textabdruck folgt dem Original im Stiftsarchiv St. Gallen.

---

<sup>a</sup>Die Silben *scripsi* mit dem Rekognitionszeichen verbunden.

<sup>2</sup>Der 13. September des 41. Karolinischen Regierungsjahrs, wenn anders der Schreiber der Urkunde *XVIII. Kalendas Octobris* statt *Idibus Septembris* wirklich setzen wollte, fällt in das Jahr 809 und zwar auf einen Donnerstag. Das nächste Jahr, in welchem der 13. September auf einen Freitag fällt, ist das Jahr 810. Schon am 9. Juli dieses Jahres aber ist Pippin, der am 6. Februar 806 König wird, und dessen zweites Königsjahr somit zwischen den 6. Februar der Jahre 807 und 808 fällt, gestorben. Nimmt man an, dass *XVIII. Kal. Oct.* ein Schreibfehler ist und *XVIII.* stehen sollte, so kommt der in der Überschrift gesetzte 14. September heraus, welcher im Jahr 809, dem 41. Regierungsjahre Karls, auf einen Freitag fällt. Das zweite Pippinische Regierungsjahr stimmt allerdings damit nicht überein. Neugart sucht sich durch die Annahme zu helfen, dass der Schreiber der Urkunde die Monate des ersten Karolinischen Regierungsjahrs bis zum Neujahr 769 für das erste, und dann die folgenden Regierungsjahre immer vom Neujahr an gerechnet habe, wodurch das Jahr 808 statt 809 herauskommt. Mit diesem Jahr stimmt seiner Ansicht nach das zweite Pippinische Königsjahr überein, und er setzt daher die Urkunde auf 808 Sept. 15, einen Freitag, indem er *XVII. Kal. Oct.* liest. Doch wie oben gezeigt wurde, geht das zweite Pippinische Königsjahr schon 808 Febr. 7 zu Ende, und die Rechnung geht daher auch bei dieser Annahme nicht auf.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

Stiftsarchiv St. Gallen

**Signatur/Titel des Originals:**

Urk. St. Gallen I. 189

**Editionen:**

Codex traditiones monasterii S. Galli. Traditio paulo post mortem S. Galli facta, [Sankt Gallen] [circa 1700], S. 118. Neugart: Codex diplomaticus, Bd. 1, Nr. 165 (Auszug). UB St. Gallen, Bd. 1, Nr. 202, S. 192 f.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Schnetzenhausen

**Ortsindex:**

Fleischwangen Wohnplatz (19419)

Fleischwangen, RV

Kluftern Wohnplatz (17880)

Kluftern, Friedrichshafen, FN

Schnetzenhausen Wohnplatz (17902)

Schnetzenhausen, Friedrichshafen, FN

Segelbach Wohnplatz (20660)

Segelbach, Wolpertswende, RV

St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz